Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26458
Copyright: Admont, Benediktinerstift



habere nequeunt. ab eterne beatitudinis premio
non excludunt. ideo consolatoria hec uerba subse
cunt. Beati qui non uiderunt & crediderunt.
Beati inquit qui non uiderunt. i. qui perfectam scien
tiam optinere non potuerunt. & tamen crediderunt.
id est in uera fide simplice cordis oculum habu
erunt. De talibus nanque per psalmistam dicitur.
Beati quorum remisse sunt iniquitates. & quorum tecta
sunt peccata. Beati nimirum sunt qui per coctidi
ani laboris exercitationem. remissionem pecca
torum promereri satagunt. & iam si perfectam scien
tiam habere non ualeant in his que simpliciter
agunt. Merito inquam beati sunt. quibus dominus
peccatum non imputauerit. Et sic idem propheta
in consequentibus ait. Beatus uir cui non
imputauit dominus peccatum. Nunc ergo si non omnes
ad summum perfectionis culmen pertingere
possumus. huius saltem beatitudinis participes
fieri studeamus. ut uidelicet per assidue satisfac
tionem penitentie plenariam hic omnium pecca
torum remissionem ualeamus percipere. & illa beata
CIVITATE. CELESTI. VIDELICET. IERUM.
PARTEM. HABERE MEREAMUR. IN
QUA. ELECTORUM. ANIME. PLE
NA. FELICITATE. LETANTUR.